

X 1883240

II n
2422

F.K.
120. 40.

Q. D. B. V.

FRIDERICOS

PIOS, FELICES, OPTIMOS, MAGNOSq; ac INVICTOS PRINCIPES,
Salutis Marchiæ

FUNDATORES, CONSERVATORES, PROPAGATORES,
Patriæ Patres

SEMPER AUGUSTOS,
Proxima Vta die Martii

Qvi
Serenissimi atq; Potentissimi Principis ac Domini,
**DN. FRIDERICI
WILHELMIMAGNI,**
MARCHIONIS BRANDENBURGICI, S. R. I. ARCHI-
CAMERARII ET ELECTORIS,
DUCIS

BORUSSIÆ SUPREMI, MAGDEBURGI, JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM,
STETINI, POMERANORUM, CASSUBIORUM, &c. &c. &c.
DOMINI ac Nutricii Nostri Clementissimi,

&
SERENISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI,

DN. FRIDERICI,
MARCHIONIS BRANDENBURGICI, ELECTORATUS HÆREDIS,
&c. &c.
DOMINI Nostri Clementissimi,

Ut &
SERENISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI,

DN. ALBERTI FRIDERICI,
MARCHIONIS BRANDENBURGICI &c.
AUGUSTO NOMINI

In Fastis Sacer est,
ORATIONE SOLEMNI
exhibebit

Nobilissimus atq; Pereximius **JUVENIS**
JOHAN. WOLGANG. BEWERTUS, Berol. March.

Ad quam Audiendam
MAGNIFICUM UNIVERSITATIS RECTOREM, *Perillustres ac Generosissimos* COMITEM
& BARONES, PROFESSORES *Celeberrimos, Generosos atq; Nobilissimos* STUDIOSOS,
Eâ, quâ par est Humanitate INVITAT

TIDO HENRICUS à LITH,
ELOQUENTIÆ PROFESSOR ORDINARIUS.

Francofurti ad Viadrum, Typis JOHANNIS COEPELII, Acad. Typogr. A. 1685.



FRIDERICUS

PIOS BELICES OPTIMOS MAGNOSq; ACINTICIOS PRINCIPES

JOHANNIS MARSHALLI

FUNDATORIS; CONSERVATORIS; PROPAGATORIS;

RECTORIS; PATRIS

SEMPER ADORETI

PROFUNDI

Reverendissimi ac Potentissimi Principis ac Domini

DN. FRIDERICI

WILHELMIMANNI

MARCHIONIS BRANDENBURGICI, S. R. ARCHIE-

CAMERACENSIS ET ELECTORIS

BORUSSIE SUPREMI, MAGDEBURGICUS, JULIENSIS, CAMERACENSIS, MONTANI

STIRIENSIS, POMERANICUS, CASUBORICUS, &c.

DOMINI ac Archiepiscopi Electoris

REVERENDISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI

DN. FRIDERICI

MARCHIONIS BRANDENBURGICI, ELECTORIS ATQUE HARBERG-

DOMINI ac Archiepiscopi

REVERENDISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI

DN. ALBERTI FRIDERICI

MARCHIONIS BRANDENBURGICI, &c.

AUGUSTO NOMINI

IN ECCLESIA

ORATIONE SOLEMNI

habita

Reverendissimo ac Potentissimo

JOHANNI WOLFGANGO BEAUVERTUS, DOCTORI, MARCHI-

ac Archiepiscopi

MAGNIFICI UNIVERSITATIS RECTORIS, REVERENDISSIMI AC POTENTISSIMI COMITIS

et BARONIS, PROFESSORIS, et CENSURARUM RECTORIS, STUDIOSI

et, qui per se in Universitate

TIPO HENRICUS & LITHE.

REGIUMQUE PROFESSORUM ORDINARIUS

Francorum in Vindobona, Typis JOHANNIS COEPELII, Anno 1773.

UNIVERSITÄT
LEIPZIG



SÆpiusculè secum agitarunt eruditi, fortè casuqve semper hominibus nomina, an aliquo numine dentur, cùm inspectis rerum monumentis, inesse non rarò appellationibus omina abdita quædam sed vera ratione deprehensum est. Neqve enim rarò evenit, ut quæ imposita iis vocabula sunt, naturæ indolisqve animo impressæ præfagia futuriqve eventus notæ sint, atqve assumpto majorum nomine in eadem studia posterì transeant. Ac sicut heroicis quibusdam familiis nativæ quædam corporum notæ hæsisse leguntur, qualis olim lancea fuit Spartiatarum & Seleucidarum anchora, ipsis nascentium ingenita corporib⁹; ita & hæreditarias animi dotes cum nominibus in posteros spargi observatum est. Ipsæ certè sacræ literæ miram hanc indolis notarumqve conformitatem ostendunt frequentius, ubi divina providentia ex obeundis in vita negotiis hominumqve indole nascentibus nomina indidit & vel in adultis priora novis commutavit. Idqve Romanis persuasum adeò fuit, ut liberis suis nomina non nisi sacris solenniter factis deorumqve adhibito consensu atqve suffragiis imponerent, rerum verò gerendarum initia militumve delectum non nisi à bono nomine auspicarentur. Cùm enim frugalitate Pisones, Sapientiâ Lælios, pietate Metellos, uti in Panegyrico Plinius testatur, notabiles cernerent, atqve in Cassiis severitatem, in Brutis constantiam, in Fabiis amorem patriæ, in Valeriis populare studium hæreditarium, Appios contra dignitatis assertores perpetuos cernerent, hereditarias cum nomine virtutes crediderunt. Nec apud Persas defuisse nomini suo putatur Cyrus, Sol Persarum dictus, quem illi ut divinum lucis in cælo fontem venerati sunt. Et quàm appositè apud Græcos contusâ domitâqve Persici urfi sævitiâ malorum propulsionem expressit Alexander, Andreas robur, adversarium Antiochus, comitatem Æmilius, pietatem Eusebius, Crito iudicium? Quàm verè Nabal ipso nomine suo stoliditatem designavit? Imprimis verò Germanorum præ aliis gentibus in nominum impositione religio enituit, id imprimis operam dantium, ut indolemqve geniumqve hominum fausto

a nomi-

nominis exprimerent omine. Jactat indè Conradus consultam audaciam, Virilem fortitudinem Carolus, consilium Rudolphus, nobile auxilium Adolphus, quietis cupidinem Rupertus, urfi robur Bernhardus, divitem Henricus, favore dignum Bertholdus, pretium Albertus, bellique Ducem notat Hermannus. (a) Quæ quidem appellationes, ut hominum indolem virtutesque sæpe velut proprio quodam vocabulo exprimunt; ita in Principibus ominosa plerumque, & perpetui quasi characteres ingenii fortisque notæ sunt. Suspexit ex Cæsarum familia *Cajos* plures Roma, sed ad unum omnes ferro peremptos, (b) jam ab eo qui Cinnanis temporibus fuit occisus. Tulit è Pontificibus Romanis non unus *Alexandri* nomen, sed felix parùm, primo eorum violenta morte sublato, secundo, tertio, quinto, non sine ærumna *Antipapam* passis, quarto animi ægritudine Viterbii mortuo, & Sexto eâ nota insigni quam Hoponactem de ipso præconium depingit:

*Sextus Tarquinius, Sextus Nero, Sextus & iste,
Semper sub Sextis perdita Roma fuit.*

Fuere, qui *Jacoborum* nomen in Scotia minus prosperum putarunt, Jacobo primo Rege conjuratorum armis perfosso, altero cum per sexennium factionibus procerum exagitatus esset, machinæ displosione extincto, tertio à subjectis in acie cæso, quarto in prælio ab Anglis interempto, quinto ab Anglis victo, atque ob obitum duorum filiorum quos diversis in locis eadem die pestis rapuerat, seu mœrore extincto, seu veneno sublato, Sexto verò vix in matris utero percussorum, in Scotia deinde conjuratorum manus, in Anglia ictum fulminei pulveris effugiente, Matris etiam Mariæ supplicio & Elisabethæ exilio infelici. Habet inter inauspicata Regum nomina *Henricos* Gallia trium exitus tragicos necesseque lugens, ut *Scoti Jobannis* nomen in Regibus infelicitatis metu haud tolerarunt. *Glocestrense* nomen in Anglia adeò fatale & improprosperum habitum, ut Equi Sejani instar in proverbii formulam olim abierit, cum quoties aliquem infelicitatis genere exagitari cernerent, Glocestrensem vocarent. Meliore contra omine Scipionibus suis Carthaginem olim domuit Roma, in Antoninorum nomen inaugurandos Principes suscepit imperium, in Leopoldis felicitatem Austria, in Ludovicis imperii incrementa suspexit Gallia, in Vladislais laudis omnis laudem Polonia, in Carolis suis plus quam virilem fortitudinem, in Ottonibus patrium in cives affectum amavit Germania dum nominis omen in nomen transtulere feliciter, & cum alii succederent aliis, velut indubitata virtutis tesseram prosperrimi successus experimento in successores derivarent. Et quanto hæreditariæ virtutis testimonio cum aliæ gentes, tum Marchia præsertim FRIDERICOS ostentat? Quorum dum recordamur, certè non tam hominum, quam singularis cujusdam atque perpetui meriti nomen animis nostris concipimus, nomen venerabile,
nomen

(a) vid. Harsdorff. Specimen Philol. Germ. Disq. XI. (b) Sveton. in Calig. c. 60.

nomen augustum, nomen felicissimum, quo gratius nullum tribuere virtus cum maxima, aut humana mens expetere salutarius potest.

Et alia quidem nomina honori plerumque dantur atque ostentationi; hoc quod in vita humana saluberrimum est, loquitur. Felices vocare Cæsares Roma sustinuit, sed ut fortunam, non virtutem moresque exprimeret, plures Magnos dixit, sed ut plus invidiæ conciliaret quam amoris; alios ab unius nomine Antoninos, omnes ab aliqua majestatis specie dixit Augustos; nos FRIDERICOS veneramur, FRIDERICOS suspicimus, quo nomine rerum optimum quod homini novisse datum, continetur. Quid enim nisi amorem & pacem & concordiam spirat, qua nihil aliud Christus ipse auctor pacis conditorque in terris, aut docuit unquam, aut inculcavit magis? Equidem non sine summo atque ineffabili Dei optimi maximi beneficio contigit, quod Serenissima Zolleranorum familia in Marchiæ & Germaniæ incrementum tot FRIDERICOS produxerit, quo genere laudis vix alia gens æquè gloriari, Marchia verò verè dicere potest, Non fecit hoc Deus ulli genti. Nunquam non amicū Marchiæ FRIDERICI nomen exstitit, nunquam non auspdatum, nunquam sine regionis atq; imperii incremento in Principibus fulsit. Hic se trophæa FRIDERICORUM exerunt, quibus Marchiam constituerunt, libertatem asseruerunt, hic admiranda pacis opera, ordinata judicia, publica disciplina correctæ, dignitates superadditæ dignitatibus, reducta ac vindicata sapientiæ studia, artes feliciter assertæ. Hic bella gesserunt FRIDERICI felicissimi ut pacem haberent, ibi pacem inter arma conservarunt FRIDERICI fortissimi ne calamitatem belli patria sentiret, ubiqve FRIDERICI. Commodum cœperat illustrissima Zolleranorum gens, cum auspdatissimo omine fatoqve planè felici per FRIDERICOS septem atqve EITEL FRIDERICUM velut hæreditaria quadam nominis & virtutis successione translata, ad maximi nominis decus assurgeret. Qui omnes, quâ virtute Germaniam defenderint, publicam salutem, erexerint, stirpem diffuderint, brevior charta haud capit, res commentarii est, justamqve & propriam scribentis requirit industriam. Erat divino beneficio nobilissimæ gentis dignitas levanda in culmen altius, electus est ex prædictis ultimus FRIDERICUS, à Rudolpho Habsburgico Burgraviatu Norico auctus, quem virtute sua maximisque in Germaniam meritis meruerat, jam tum id agente fato, ut non nisi in FRIDERICIS Zollerani gloriæ suæ incrementa sentirent. Successit deinde in nomen & virtutis merita FRIDERICUS alter æquè certo fortunæ atq; incrementi omine. Etenim non pacis tantum artibus avitas ditiones amplissimis produxit spatiis, sed & in bello Ludovici Bavari contra Fridericum pulchrum justiores partes secutus, cum commodo suo alere bellum potuisset, hoc capto, pacem Germaniæ, pacem Bohemiæ & suis reddidit, Princeps verè sui nominis. Et quamvis in Jobanne successore auspdatissima FRIDERICORUM interrumperetur series, huic tamen successit mox FRIDERICUS TERTIUS, non vocabulo tantum sed virtutis gloriâ avo majoribusque simillimus. Hic enim ille est, qui memorabili in suos affectu, cum terras suas pace beasset, compositis Carolum IV. inter & Ludovicum Romanum diffidiis, id operam dedit, ut firmaretur concordia imperium & connecterentur inter se membra vinculo amabili, dignus omnino eo

nomine, quod à majoribus acceperat. Tantum verò abest, ut hîc steterit *Zollerana gentis* gloria, ut in alio potius FRIDERICO illius Filio in id paulò post evecta sit culmen, quod Regio minus haud ducimus. Equidem mirari divinam providentiam vix satis possumus, inenarrabili beneficio *Zolleranis* id tribuentis, ut quibus auspiciatissimum FRIDERICI nomen datum est, iidem beandis gentibus augendæque stirpis gloriæ videantur unicè nati. Jacebat dejecta felicitate omni *Marchia*, exhausta viribus atque ipso propemodum spiritu, irruentibus undiqve barbaris, bellisque velut conspiratione quadam ad eam opprimendam imminentibus; ubiqve solitudo erat & clades & vastitas in fatali illa dominorum, mutatione longaque armorum & effreni rabie, oppresissetque miseram inclementia fati, nisi subvenisset *ingens auspiciatissimumq;* nomen dejectamque erexisset efficacissimè. Aderat nempe FRIDERICUS ille *Burggravius Norimbergicus* & manu inter Germaniæ Proceres fortissimus, & bello strenuus, tuendæ verò Germaniæ pacandisque rebus devotus tantæque apud omnes æstimationis, ut solus tot periculis omniumque exspectationi suscipiendoque *Electoralis sceptro* par videretur. Neque tot desideria vota que frustratus est eventus. Eluctata enim est hujus ope ex tot malis *Marchia*, oblitæque priorum calamitatum, mox lætior multò firmiorque surrexit, *Coloniâ* ad *Svevum* conditâ, recuperatâ à *Pomeranis Angermundâ*, domitâ *Primislaviâ*, cæsis atque profligatis *Bavaris* auctior multò majorque restitutaque pace quieta planè ac felix, quod tantæ virtutis est, ut nec constituere eam primùm aut condere majus putaverim. Erat huic *Marchie Assertori* natu major filius *Johannes* nativitate jure *Electoralis Sceptro* destinatus heres, nisi publicæ salutis interfuisset, mutato ordine, potius succedere secundum cui maximarum rerum omen auspiciatissimum FRIDERICI nomen dederat, in quo fundamentum felicitatis *Marchie*, & quasi incunabula erant posita. Cessit ergo ultrò lubensque minori fratri *Johannes*, omnibus regnandi præfidiis instructus, atque jam seipsum fortunamque in bello contra *Vandalos & Pomeranos* feliciter expertus, ipse quidem aliud agens, DEO verò illum testamento Principis successorem destinante, à quo tantum exspectabat *Marchia*, quantum ipso nomine promiserat. Cui quidem quanta virtute & felicitate satisfecit FRIDERICUS SECUNDUS, ob res fortissimè gestas atque inusitatum in prosperis atque adversis animi robur, cognomine *Ferreus*? Hujus enim beneficio redempta est magno *Brandenburgici* nominis incremento *Marchia Nova* quam pignori *Teutonico* ordini dederant alii, à *Polonis & Lithuanis* liberata *Marchia*, *Cotbusum* domitum, pax inter *Saxonie* Duces *Marchiam*que constituta, patriæ res immensum auctæ, pax & quies inducta. Cœperat ea tempestate vacare *Poloniæ* Regnum, quod ut susciperet FRIDERICUS non tacitis desideriiis, sed publicis votis deposcebatur, ut *Bohemie* coronam suscipere precibus aliis deinde invitatus. Sed utramque repudiare satius duxit, quàm avitis terris divelli, *Marchie* Princeps amantissimus, ipse *Marchiam* amans impensius. Quantum verò desiderarint FRIDERICI complecti *Marchiam*, quantum gavisâ sit *Marchia* sibi præesse FRIDERICOS

RICOS vel illud argumento est, quod eodem illo tempore in binis Principibus venerandum illud nomen suspexerit. Erat FRIDERICO SECUNDO iisdem parentibus natus frater, ejusdem cum ipso nominis nec virtutis disparis, quem imperii cohaerentem testamento pater scripserat. Vivebant ambo miro fratrum amore atque dignitate concordēs, nisi quod minori natu fraternae virtutis fiducia & quietis studio brevior imperii usus placuerit. Potuisset videri liberalius favere Marchiae beneficium Numen datis eodem tempore DUOBUS FRIDERICIS, genitosque genitorum & duraturum per omnes Heroum aetates auspiciatissimi Nominis decus promittere, sed deficere visum est, per triseclum in *Zollerana gente* productum optimum nomen, utroque FRIDERICO quae aestimandi patres fuissent, infelici. Deerant utrique aviti nominis heredes, & qui in paternum fastigium succederent liberi, praedefunctis, quos ex *Friderici Bellicosi Saxonis* filia alter genuerat. Interceptum fere fuisset post tantam fecunditatis gloriam gloriosissimae Familiae decus, FRIDERICIS orbis, nisi superfuisset eodem natus pater *Albertus* divinitus electus, per quem Marchiae felicitas, illustrissimaeque stirpis decus novis veluti ramis furculisque refloresceret. Caruit exinde per Sex Electorum aetates FRIDERICORUM regimine Marchia, aliis gentibus benigna, & velut auspiciatissimi nominis imperium sibi denegans, quo exteros participes redderet. Suffecit enim interea, qui non modo nominis successione, sed factis immortalibus alibi exhiberent FRIDERICOS, Magdeburgensibus, Havelbergensibus, Halberstadiensibus infulis venerabiles, Ordinisque Teutonici praesidio memorabiles, magnaeque virtutis & felicitatis Heroes, illoque *Zollerana* virtutis spatium & cursu, & quasi peregrinatione nominis digni, quos aeternis laudibus vehant posterum. Sed in JOACHIMO FRIDERICO *exoptatissimum nomen* ita ornavit iterum Electorale fastigium, per Johannes & Joachimos interea locupletatum, ut in hunc ipsum rediret illustrius, qui quod magnum ingensque majores reliquerant imperium, firmum magis atque Carnoviensi Principatu literarumque in valle Joachimica studiis locupletatum transmisit ad posteros. FRIDERICUM vero WILHELMUM MAGNUM quem vario doctrinae atque ingenii certamine utriusque orbis gentes praedicant, & fatigatis omnium linguis sera posteritas canet, cuius fortitudo seculorum miraculum, pax prodigium censetur, ineffabili quodam terras has beandi consilio, ita exornasse videtur DEUS, ut quae singula caeteris ad gloriam nominisque Celebritatem, beandisque gentes sufficiunt, ea in ipso emineant omnia, laudatissimosque principum non solum eminentiam virtutum nominisque majestate, sed etiam varietate copiaque superet. FRIDERICUS quoque in quo Electoratus spes Marchiaeque felicitatis perpetuitas recumbit, maximo tot populorum gentiumque gaudio illam auspiciatissimi nominis possessionem & quicquid in FRIDERICIS observamus ac colimus non tam promittit, quam exhibet, imago paternarum virtutum absolutissima. In ALBERTO etiam FRIDERICO avitae virtutis laudisque paternae vivum exemplar jam nunc sistitur ut nomine, sic felicissimo genio

FKT n 2422

nio insigni. Selegit sibi hanc dicendi materiam *Pereximius atque Eruditi-
tissimus JUVENIS*

JOHANNES WOLGANGUS BEVVERTUS,
BEROLINENSIS

conscripta de FRIDERICORUM laudibus oratione erudita, quam proxima *Quinta Martii* qui auspiciatissimo FRIDERICORUM nomine in fastis fulget, horâ X. antemeridiana in Auditorio Majori publicè dicturus est. Cùm enim eruditione omnigena, variæque doctrinæ genere præcellat, industria sua compositissimâq; morum ratione per triennium nobis commendatus, discedere ad externos noluit anteqvam pietatem suam optimo PATRIÆ PATRI probaverit. Dignum certè *Nobilissimi Juvenis* propositum est, quod omni affectu prosequamur, eoque magis MAGNIFICUM UNIVERSITATIS RECTOREM, PERILLUSTRES ET GENEROSISSIMOS COMITEM ET BARONES, PROCERES UNIVERSITATIS EXCELLENTISSIMOS, GENEROSOS NOBILISSIMOSQUE CIVES rogamus, ut studere ejus pietati velint, seduloque ac frequenter nobiscum adesse dicenti, benignamque audiendi operam navare, atque pro DOMINI ATQUE NUTRITII NOSTRI CLEMENTISSIMI & FRIDERICORUM incolumitate, salute, perpetuitate pia vota concipere & nuncupare. Dabam è Museo die IV. Martii, Anni M DC LXXXV.



Wora

nominis exprimerent omine. Jactat indè Conradus consultam au-
 daciam, Virilem fortitudinem Carolus, consilium Rudolphus, nobile
 auxilium Adolphus, quietis cupidinem Rupertus, urfi robur Bernhardus,
 divitem Hericus, pretium Albertus, belliq;
 Duce[m] notat, appellationes, ut hominum in-
 dolem virtutem, adam vocabulo exprimunt;
 ita in Principum perpetui quasi characteres
 ingenii fortitudinis, Cesarum familia *Cajos* plures
 Roma, sed a (b) jam ab eo qui Cinna-
 nis temporibus, ficibus Romanis non unus
Alexandri no- rum violenta morte sublato,
 secundo, ter- *Antipapam* passis, quarto animi
 ægritudine a insigni quam Hoponacte-

Sex

*Sextus & iste,
 ma fuit.*

Fuere, qui 7
 cobo primo
 nium factio
 stincto, terti
 emto, quinto
 diversis in lo
 neno sublato
 inde conjura
 te, Matris et
 bet inter ina
 cos necesque
 metu haud t
 prosperum l
 abierit, cum
 Glocestrense
 taginem oli
 Principes su
 vicis imperii
 dem Polonia
 bus patrium
 nomen tran
 tam virtutis
 derivarent.
 tum Marchi
 cordamur, c
 perpetui me

is prosperum putarunt, Ja-
 casso, altero cum per sexen-
 t, machinae dispoitione ex-
 in prælio ab Anglis inter-
 am duorum filiorum quos
 u mærore extincto, seu ve-
 percussorum, in Scotia de-
 fulminei pulveris effugien-
 ethæ exilio infelici. Ha-
 s Gallia trium exitus tragi-
 in Regibus infelicitati
 Anglia adeo fatale & im-
 proverbii formulam olim
 nere exagitari cernerent,
 mine Scipionibus suis Car-
 um nomen inaugurandos
 licitatem Austria, in Ludo-
 Vladislais laudis omnis lau-
 em fortitudinem, in Ottoni-
 nia dum nominis omen in-
 derent aliis, velut indubita-
 experimento in successores
 estimonio cum aliæ gentes,
 tentat? Quorum dum re-
 ngularis cujusdam atque
 omimus, nomen venerabile,
 nomen



(a) vid. Harsdorff. Specimen Philol. Germ. Disq. XI. (b) Sveton. in Calig. c. 60.